Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

i. fecit ferculum de lignis libani. et colum
nas argenteas. Secundum pertinet
ad gratiam conceptionis. ubi reclinatori
um fecit aureum. Tertium pertinet
ad gloriam assumptionis. ubi ascensum
purpureum. et cetera. Primum pertinet ad
festum natiuitatis. ii. ad festum an
nunciationis. iii. ad festum assump
tionis. Fecit ferculum et cetera. Fabrica
ferculi est. festiuitas hodierne diei in
qua magnificamus uirginis natiui
tatem. et sanctificationem. Vidit quo
modo in sacratissima uirgine. prerogatiua sancti
ficationis. **De duplici sanctificatione marie.**

Est duplex sanctificatio.
a culpa. et a pena. Sanctificatio
a culpa ostenditur. per ligna libani. A
pena per columpnam argenti. Legimus sancti
ficatos. Jeremiam et Johannem in utero
matris. Sanctificantur etiam per baptisma
omnes christiani. et nisi a feditate culpe
originalis. sed non a corruptione penalita
tis. i. fomitis ex qua est pronitas ad
malum. Est enim quasi quedam ma
nens infirmitas et debilitas. non sic
in uirgine beata. Sicut enim gratia con
ceptionis plena ita et gratia purificatio
nis plena et perfecta. Vnde augustinus. Cum
de peccatis agitur. et cetera. Ideoque sanctificata
et a culpa originali. et ideo dicitur fe
ci ferculum. de lignis libani. et a pe
na fomitis. ex qua surgit motus ue
nialis. et sic sicut quedam infirmitas
uel languor. et ideo dicuntur columpne
fieri argentee. ut ostendatur gratia sub
portatiua contra penalitatem infirmi
tatis. In lignis uero libani attendit
gratia sanctificationis. **De natura ligni**

2. Ligna **cedrini. capitulum. xxiiii.**
enim cedrina sunt in libano que

dicuntur ligna libani. et habent proprietatem
imputribilitatis. et respirationem odo
ris. quo occiduntur serpentes talis est
gloria sanctificationis in uirgine. ut ha
beat proprietatem imputribilitatis contra
putredinem peccati originalis. quo ad
se et suauitatem odoris. quo ad alios.
Et est sanctificatio singularis. sicut
enim attestantur iudei. Virgo ma
ria pulcherrima uirginum fuit. nec
umquam aliquis intuens eam con
cupiscere potuit. non talis fuit beata
agnes. uel lucia. uel alia quelibet
sanctarum uirginum. Set unde hoc.
nisi quia in ea fuit sanctificatio trans
missa. quasi spiramen cedrini odoris.
ad occidendum in intuentibus in eam car
nales motus. et concupiscencias. que
quasi uenenosi serpentes in carne se
puunt. Hec est ergo sanctificatio singula
ris. Vnde. ysaias. xxxv. Gloria libani
data est ei. Sic ergo ostenditur sanctifica
tio a culpa. Deinde ostenditur sancti
ficatio a pena. Vnde dicitur. Colum
na eius. f. argent. Columpne dicun
tur ut ostendantur supportare. ergo contra
penalitates. uel debilitates origina
les. Contra quas stabilita est. ut
nullo modo possit peccare. **De quattuor
penalitatibus originalibus.**

Sciendum quod quattuor. sunt penalita
tes originales. sicut dicit be
da. Ignorancia. malicia. infirmitas
concupiscencia. que quattuor. disponunt
humanum genus ad ruinam. Vnde
sunt peccatores. qui per ignoranciam au
tuntur a deo. sicut paulus. per infir
mitatem ut petrus. per maliciam ut
iudas. traditor. Alii deserto deo conu
tuntur adultandum per concupiscentiam